Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

aderis rimari facta pectoris
reddens uicem pro abditis
iustisque regnum pro bonis.
Non demum dampnis caue
amur malis pro qualitate
criminis sed cum beatis compo
tes simus perhennis celibes.
Laus honor uirtus.
Vox cla
ra ecce intonat ob
scura queque increpat pel
lantur eminus sompnia ab
ethere christus prominet. Mens
iam resurgat torpida que
sorde extat saucia sydus
refulget iam nouum ut tol
lat omne noxium. Desursum
agnus mittitur laxare
gratis debitum omnes pro in
dulgencia uocem demus
cum lacrimis. Secundo ut cum
fulserit mundumque horror
cinxerit non pro reatu puniat.
sed pius nos tunc protegat.
Laus honor.
Veni redemp
tor gencium ostende

partum uirginis miretur om
ne seculum talis decet partus deum.
Non ex uirili semine sed my
stico spiramine uerbum dei
factum est caro fructusque uen
tris floruit. Aluus tume
scit uirginis claustrum
pudoris permanet uexilla
uirtutum micant uersatur
in templo dei. Procedens
de thalamo suo pudoris
aula regia gemine gygas
substancie alacris ut currat uiam.
Egressus eius a patre regres
sus eius ad patrem excursus usque
ad inferos recursus ad sedem
dei. Equalis eterno patri car
nis tropheo accingere in
firma nostri corporis uirtute
firmans perpetim. Prese
pe iam fulget tuum lu
menque nox spirat nouum
quod nulla nox interpolet fi
deque iugi luceat. Deo patri.
Agnoscat
omne seculum uenis
se uite premium post hostis